electus secundo anno regis Ottonis indictione ~~XIII~~a VIa.[a]]

Benedictus V. natione Romanus ex patre Johanne sed. m. 2. et d. 2. et deprehensus est ab Ottone imperatore

Johannes XIII. episcopus Narniensis Romanus ex patre Johanne episcopo sed an. 6. mens. 10 d. 5. sed. ab introitu suo per menses 2 et d. 16 mense Decembr. deprehensus est a Rofredo et Petro prefecto cum omni populo Romano et mandaverunt illum in exilium in Campania et mansit in ipso exilio per menses 10 et dies 28 et postea post obitum Rofredi reversus est Romam et sedit an. 6 et mens. 6 et dies 5. [Hic comprehensus est a Rofredo Campanino comite cum Petro prefecto et adiutorium vulgi populi, qui vocantur ~~D~~decartiones. ~~Et~~ Recluserunt eum in castello sancti Angeli. Et exinde illum extrahentes mandaverunt Campaniam in exilium. Et mansit in exilium menses 10 et dies 28. Opitulante autem misericordia Dei interfectus est Rofredus comes a quodam Johanne, Cencii filius[d]), et reversus est Johannes papa in suum honorem. At ubi devenit Romam Otto imperator et audivit, quanta fecerant Romani predicto Johanni papae, comprehendit Romanorum consules et ultra montes direxit in exilium. De vulgi populo, qui vocantur ~~D~~decartiones, undecim suspendit in patibulum. Petrus autem prefectus, per quem haec omnia mala perpetrata sunt, in potestatem papae dedit. Qui predictus Johannes papa fecit ei abscindere et per capillos capitis eius suspendit in caballum Constantini ad exemplum omnium ut videntes deinceps metuerent talia facere. Expoliatus[h])

Johannes XIII. episcopus Narniensis natione Romanus ex patre Johanne episcopo sed. an. 6. m. 11. d. 5. Hic comprehensus est a Rofredo, Campaninus comes, cum Petro prefecto et adiutorium vulgi populi, qui vocantur decarcones. Recluserunt eum in castellum in castellum sancti Angeli, et exinde illum abstrahentes, mandaverunt Campania in exilium. Et mansit in exilio mens. 10 et dies 28. Opitulante autem misericordia Dei, interfectus est Rofredus comes a quodam Johanne Cencii[c]) filius. Et reversus est Johannes papa Romae in suum honorem. At ubi devenit Roma Otto imperator et audivit, quanta fecerunt Romani praedicto Johanni papae, comprehendit Romanorum consules et ultra montes direxit in exilium. De vulgi populo ~~vero~~, qui vocantur decarcones, undecim suspendit in patibulum. Petrus autem prefectus, per quem haec omnia mala perpetrata sunt, in potestatem papae dedit. Qui predictus Johannes papa fecit ei abscindere barbam et capillos capitis eius suspendit in caballum Constantini ad exemplum omnium, ut videntes deinceps talia facere. Expoliatus autem miserunt eum super asinum exadverso capite eius ad cau. dam asini, posuerunt utrem in capite eius pennatum, similiter et in coxis eius duo utres pennatum et tintinnabulum ad collum asini. Et sic per totam Romam flagellatus et ludibrio habitus missusque in carcerem per multa tempora maceratus est, et postea ad

Johannes XIII. episcopus Narniensis natione Romanus ex patre Johanne episcopo sed. an. 6. m. 11. d. 5. Hic comprehensus est a Rofredo Campanino comite ~~et~~ cum Petro prefecto et adiutorio vulgi populi, qui vocantur decarcones, recluseruntque eum in castellum sancti Angeli. Exinde illum extrahentes mandaverunt Campaniam in exilio menses 10 et dies 28. Opitulante autem misericordia Dei interfectus est Roffredus comes a quodam Johanne, Cencii[d]) filio. Et reversus est Johannes papa in suum honorem. At ubi devenit Romam imperator audivit, quanta fecerant Romani predicto Johanni papae, comprehendit Romanorum consules et ultra montes direxit in exilium. De vulgi populo qui vocantur Decarcones duodecim suspendit in patibulis. Petrum autem prefectum, per quem haec omnia mala perpetrata sunt, in potestatem papa dedit. Qui predictus Johannes fecit eum abscindere barbam et per capillos capitis eius suspendit in caballum Constantini ad exemplum omnium, ut videntes deinceps metuerent talia facere. Expoliatum autem miserunt eum super asinum, ex adverso caput eius ad caudam asini, manusque suas sub cauda ~~asini~~ et posuerunt utrem in capite eius pennatum, similiter et in coxis eius duos utres et tintinnabulum ad collum asini. Et sic per totam Romam flagellatus et ludibrio habitus est, missusque in carcerem per multa tempora maceratus est. Et postea illum ad impera.

Johannes episcopus Narniensis[b]) natione Romanus ex patre Johanne episcopo sedit a. 6. m. 10. d. 5. Hunc eundem mortuo Leone omnes Romani a minimo usque ad maximum una concordia et uno consensu atque spontanea voluntate elegerunt sibi dominum reverentissimum et pium, bene doctum et honorifice eruditum de divinis et canonicis libris. Nam a cunabulis in clericali ordine doctus in Lateranensi palatio ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus in eadem ecclesia Romana per distinctos[e]) est ordinatus, et ita Deo volente legitime et canonice pontifex ordinatus est. Sed postquam sedit menses 2. dies 16 comprehensus est a Rod[f])fredo comite et Petro prefecto cum populo Romano et missus in exilium in Campaniam mansit in ipso exilio menses 10 et dies 28. Post mortem vero Rodfredi reversus est Romam ~~et veniens imperator~~ et veniens imperator Otto Romam magnam vindictam de populo Romano fecit et in patibulo suspendit et in exilium misit. Qui omnes dies vite sue sedit annos 6 et mens. 11. et dies 5.

a) Haec uncis inclusi, eadem, ut videtur manu post interscripta sunt. b) Narniensis cod. c) Ecīi cod. d) cum cod. corruptum est ex compendio cīī. e) supple ordines f) Rod. cod g) sic! sic!

autem miserunt eum super asinum et adverso capite

imperatorem dederunt et ultra Loren dederunt et ultra montes
montes direxerunt. De Rofredo vero direxerunt. De Rolfredo vero comite